



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita Abbatis Palladij, & Senis Thessalonicensis inclusi, nomine Daud.  
Capvt LXXI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Vita Abbatis Palladij, & Senis Thessalonicensis in-  
clusi, nomine David.

## CAPVT LXXI.

PERREXIMUS vnà ego & dominus Sophronius  
Sophista, priusquam seculo renunciarer, in A-  
lexandriam ad Abbatem Palladium, virum san-  
ctum, & verum seruum Dei, qui in monasterium su-  
um habebat in Thelazomeno. Cumque illum pa-  
trè deprecaremur, vt verbum nobis ædificatio-  
nis impenderet, cepit senex ita ad nos loqui: Fili-  
oli, tempus iam abbreviatum est, certemus hinc  
modicum, atque laboremus, vt in mortalibus bo-  
nis in æternum perfruamur. Videte martyres, vi-  
dete pugiles cœlestes, quomodo viriliter, & forti-  
ter cuncta superarunt. Quos præteritum quidem  
tempus agnouit, viuunt autem semper in memo-  
ria nostra, vixque satis illorum tolerantiam admi-  
rari possumus. At testantur audientiũ singuli, stu-  
pentes ad tantam beatorum martyrum patientiã,  
quæ verè naturam excedit humanam. Quorũ alijs  
quidẽ effosũ sunt oculi, alijs excisa crura, illis am-  
putatæ manus, istis abissi pedes. Et illos quidem  
ignis repentiẽ consumpsit, istos autẽ lentius adu-  
rens, diu cruciauit. Atque alios nimirum profun-  
dum maris excepit, alios flumina absorbuerunt.  
Alios item ferarũ dentes, veluti malefactores quo-  
sdam, & sceleratos, viuos acceperunt; alios varijs  
exquisitisq; supplicijs præmortuos in cibũ acce-  
perunt. Cæterũ omnia cõtra illos bellatores Dei tor-  
mentorũ genera excogitata dicere non possumus,  
quæ suggellit humani generis inimicus dæmon,  
inuidia martyrum ipsorum, & liuore tabescens.  
O quàm fortiter sustinuerunt. O quanto fidei  
ardore pugnauerũt, imbecillitatẽ corporis animæ  
virtute

virtute superantes, & quæ sperauerunt præmia præsentibus laboribus digniora, & longe excellentiora capientes. Quæ profecto omnia firmissimè illorū in vtranq; partem fidem ostendebāt. Hinc quidem, quia laborātes modicum, eximij boni in æternum persuiuntur, inde verò, quia horrenda corporibus illorum inuecta supplicia, quæ inimicus noster diabolus induxit, fortissime sustinuerunt. Si igitur tribulationes toleremus, & cum Dei gratia vincamus, verè Dei amatores inuenimur, Deusque nobiscum est, pugnans ipse in nobis, & vincens, laboresque nobis, ac sudores dignationis suæ gratia alleuans. Scientes igitur in tali quali operatione, & expectatione tempus indiget, dignoscamus nos ipsos per quietem, & silentium. In hoc enim indulto nobis tempore, necesse est nos vti bona, & præclara ope poenitentia, vt Dei templa esse mereamur. Neque enim modicus, & breuis honor nobis in futuro seculo compensabitur.

**D**ixit iterū: Memores sēper illius simus, qui nō habuit, vbi caput reclinaret. Ait rursum ipse senior: Quoniam, iuxta Paulum Apostolum, tribulatio patientiam operatur, faciam mentem nostram capacem Regni cælorum. Ait iterum: Filioli, non diligamus mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Dixit iterum: Obsecramus cogitationes, quod medicamentum salutis est.

**I**dem Abbas Palladius rogatus à nobis, vtilitacionis nostræ causā diceret nobis, quæ ratione, quibusque cogitationibus ad monachicum statum accessisset, narrauit nobis, dicens: In prouincia mea Thessalonicensi senex quidā extra muros ciuitatis quasi stadijs tribus inclusus

rat ex Mesopotamia, nomine Dauid, virtutibus  
valde ornatus miseris oris & continens. Transegit  
autem in cellula inclusus ferè annos octoginta  
Quoniam verò propter metum barbarorù nocte  
muri ciuitatis custodiebantur à militibus, hi qui  
illam muri partem obseruabant, quæ senis cellulam res-  
piciebat, nocte quadam aspexerunt, quia ex fenestris  
cellulæ ignis egrediebatur. Putauerunt autem  
militibus barbaros in cellam senis ingressis ignem.  
Manè autem facto, ingressi milites inuenerunt &  
senem illæsum, & cellam omnino incombustam  
& oblituperunt. Rursus igitur sequenti nocte eun-  
dem aspicientes ignem admirabantur. Non solum  
autem sequenti nocte ignis in cella senis ap-  
paruit, verum & multo tempore, ita ut vniuersa  
ciuitati manifestum factum fuerit, plures inque  
noctes in muro sæpe vigilarint, inspiciendi ignis  
gratia. Visus autem ignis ille vsq; ad obitum senis.  
Hoc ego miraculo non semel, & bis, sed sepius in-  
specto, dixi in me ipso: Si in hoc seculo tantam glo-  
riam seruis suis largitur Deus, quantam putas eis  
referuauit in futuro, quando & illorum facies ful-  
gebunt ut sol: Ista mihi filio, causa extitit arri-  
piendi monasticum habitum, & hanc conuersa-  
tionem eligendi.

*Et contra heretici nostri temporis nil horum facere volunt,  
neque vllis pati labores pro acquisitione Regni cælorum.  
Vt tu ne sit pater iste vagatione, an cella perpetuas?*

*Vita monachi Addas Mesopotamienis inclusi.*

## CAPVT. LXX.

Dicebat & hoc nobis senex, quod post hunc  
Abbatem Dauid venit & alius monachus, no-  
mine Addas & ipse de Mesopotamia, & se-  
ipsum in eam usit ad aliam partem ciuitatis, in quadam  
magna Platano, fecitque sibi fenestram, ex qua etiam